Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36449
Copyright: Melk, Benediktinerstift



possidebunt eum locum glorie. quem recoli-
mus nos irrecuperabiliter perdidisse astu
superbie. Nec non et nos diuersis inten-
ti officiis studemus ut in hiis que anime
sunt dulcia atque salutifera. ipsa anima
a carne superetur. Veluti cum anima et
caro in coniugio possint esse sine cri-
mine uel ullo peccato. nos gaudemus
ut potius adhereant fornicacioni et ad-
ulterio. Cumque melius sit eciam ad quietem
ad corporis anime cum aliis concordiam habere
et pacem. sepe tamen esse in discordia
et odio hominum placet. Itaque cum nos
et illi simus coniuncti in una uoluntate.
et inter nos habeamus societatem. quid mi-
rum si habitemus in una ciuitate.
Quippe in quibuscumque sunt crimina.
in eis dominamur nos demonia.
Nec in singulis uestris hominibus singulos
demones creditis habere dominium.
sed unusquisque est seruus et habitaculum tot
dominorum. quot diuersitatum est uas ui-
ciorum. Quos eciam corporis sensus non
ualet sentire. nisi cum omnium dominus in
corpore alicuius cogat nos aperte insanire.
quod ipse facit non pro nobis sed pro uobis.
ut quos socios habeatis inuisibi-
liter in peccatis. uisibiliter quoque sic percipi-
atis. Que talia o homo nequaquam
tibi dicerem. si aliter ea non posses scire
et intelligere. uel si per mea dicta homines
auferrem. Sed cum per scripturam et predica-
tores atque naturalem racionem hec
nobis pateant. nos reticere nesci-
mus quod nobis ualeat. Licet autem pri-
mus diabolus cum omnibus nobis in quadam
scriptura mendax nec in ueritate
stetisse asseratur. tamen de talibus
nemo credat ut nos menciamur.
Rursus uero demon interrogatus quomodo
posset esse infra corpulentam terram.
aut usquequaque sub celo manendi habere
licenciam. interroganti ita respondit.
Et tu dic michi cogitaciones hominis que in hu-
mano sunt corpore quomodo penetrant corpo-
ralia. et in diuersis ac longinquis
sunt locis eodem tempore. Et si nos perdidimus
speciosum celum. ubi debuimus esse nisi
in hoc loco reliquo. Hoc tale demonium
quod diximus sic fuisse locutum. non potuit
manere in corpore predicte femine ultra
octo dies postquam ad sanctum heracilianum
uenit. sed a sancto heraciliano expulsum
ulterius eam non uexauit. Que sospes do-
mum est reuersa. laudes deo sanctoque her-
aciliano conferens. Tunc alia
femina que iuxta montem acutum
dicebatur habitare cum demonio ue-
nit ante sancti heraciliani altare. de qua
ab illis a quibus quesiui non audiui nisi
de fratribus monasterii sancti saluatoris. quia
cum nimia delatracione atque tribulacione furore
ad sanctum heracilianum eam ut dicebatur est
uenisse. et eo die quo uenit liberatam
recessisse. Dixerunt eciam quidam
de sancti laurencii clericis qui tunc ibi
ante altare cum ipsa uenit aderant.
quod ante altare aliquantulum uexauit
eam demonium. sed postea compresso
cum sanguis arcui est deiectus.

Vita sancti Senech confessoris.

E vi. non. marcii

Ex Gregor. Turonens. Vit. Patrum. cap. 15.

Vanitas uanitatum dicit
ecclesiastes omnia uanitas.
Uerum est ergo. omnia que
geruntur in mundo cuncta
sunt uanitas. Unde agitur ut sanctos
dei quos nullum luxurie cenum. nec
in ipsa ut ita dicam cogitacione tempta-
uit estus temptatoris. elati uisi sunt
esse sibi iustissimi. et ob hoc iactancie